



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Processiones.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

nem. Ioann. Andr. ex gloss. in cap. sialium,
par. questio 1.

Ad octavum, vide Tyraq. de utroque
retract. uincol. 1. § 8. gloss. 7. numero 16. in
fin. ubi ex Anchiar. concludit affirmativè.

Ad nonum, vide eundem Tyraq. ubi
supra, §. 26. gloss. 2. numero 9. & quo ad
primum, vide Isert. in usib. scind. cap. de
form. fidelit. §. sed quia non sufficit, n. quart.
& Abb. in cap. fin. numero 10. de donat. §
& c. fin. de postul. & Staphil. fol. 134. n. 10.

Ad decimum, vide Innoc. in cap. cuius
bona, num. 2. de etat. & qual. Abb. in cap.
gravem, numero 3. & 5. de pœn.

Ad Undecimum, vide Staph. delit. gr.
fol. 139. à numero 1. & infra, & Rebuff,
tu. de mod. am. s. benef. per totum.

Ad duodecimum, vide Abb. in cap. ad
aures, nu. 3. de pan. ubi dicit quod sic.

Primo, hic noviter queritur, an per-
severans per annum in excommunicatione,
sit ipso jure privatus beneficio,
an veniat privandus per sententiam, vi-
de brevitatis causa, & distingue cum Ad-
ario, ad quast. 365. Cap. Tolos. pro pra-
etica.

Secundo, an unus Episcopus possit pri-
vare aliquem beneficio, quod ille habet
in diœcesi aliena, verbi gratia, Epis-
copus Neapolitanus privat per sententi-
am Sejurn beneficiis, quæ habet, an si
Sejus habet beneficium Beneventi, sit
privatus illo, & Episcopus Beneventanus
teneatur habere ratam sententiam Epis-
copi Neapolitani? Respondeatur, quoad
primum, quod sic; quoad secundum,
quod potest Episcopus Beneventanus
revidere sententiam Episcopi Neapolita-
ni, an bene, vel male sit pronuntiata, vide

pleniùs Gem. cum reliquis in ca. Ordine-
rii, ver. sed quando, de offic. ordin. lib. 6.
& potest cogere Clericos suos, ut ostend-
ant Bullas beneficiorum, quæ ipsi obti-
nent in alienis Diœcesibus, per dict. cap.

PROCESSIONES.

SUMMARY.

1. Quanam sint processiones solemnes.
2. Qui venire ad eas cogantur, & quando.
1. Controversia ad precedentia quomodo
sopienda,
4. An Regulares possint facere processiones
extra clausura, sine licentia Ordinarii.
5. Ad quem pertineat ordinare processiones
& quo, & quæ ducenda sive diri-
genda.

AD primum, tres sunt processiones,
sive Litanie. Prima est divi Marci diei.
Secunda Rogationum, cap. Rogationes, de
Consecr. dictin. 3. tertia, Corporis Christi,
Concil. Trident. sess. 13. cap. 5. & Canon.
6. Clem. unica, de reliq. & venerat. Sanct.
Concil. Moguntin. Can. 33. reperiun-
tur etiam aliquæ certorum processiones
locorum, juxta cuiuscunque Urbis, vel
Oppidi solemnitates, ut Neapol. Sab-
bato proximiori Kalendis Maii, proces-
sio sanguinis divi Januarii Martyris, & E-
piscopi Beneventi. Similiter publicæ pro-
cessiones dici possunt, quæ sunt propter
bonum publicum, prout in vacatione Ec-
clesie Cathedralis pro bono impetrando
à Deo Pastore, Conc. Tridentin. sess.
24. capitul. 1. de reformat. ex quo majus
sumitur argumentum, vacante Sede
Apolo-



Apostolica, tunc enim fieri debent publicæ processiones pro obtinendo optimo, à summa bonitate Pastore Ecclesiæ universalis, propter bonum universale totius Reipublicæ Christianæ, ad quas omnes Regulares accedere debent, per *capit. in toto, &c. plus, de reg. jur. libr. 6. & capitul. ubi cùunque, §. fin. de elec. lib. 6.* & dum Neapoli quidam Monachi hæsisissent accedere ad processionem, quæ fiebat de mense Januarii 1592. vacante Sede Apostolica per obitum Innocentii IX. & postea succedente electione Clementis VIII. moderni Pontificis maximi, sicut conclusum coram multis Prælatis, ac viris doctis, me præsente, quodd tenebantur accedere, cujus sententia ego etiam prius eram, ob rationem dictam, alias potuisset Ordinarius eos compellere censuris, & pœnis Ecclesiasticis, aliquique juris opportunis remedii. Conc. Trid. sess. 25. capit. 23. de Reg. & dixi in ver. excommunicatio de causa materiali, dub. 4.

Ad Secundum, Con. Trid. sess. 25. ca. 13. §. exempti, ita disponit; exempti autem omnes tam Clerici sæculares, quam Regulares quicunque, etiam Monachi, ad publicæ processiones vocati, accedere compellantur, iis tamen exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò vivunt, ut sunt Carthusiani, Caimalduenses. & alii, sacerdotes servientes in Ecclesiis Equitum Hierosolymitanorum etiam possunt ad hoc compelli ab Ordinario, declar. sac. Cong. 360. Ex verbis Conc. orientium quatuor dubia. Primum, quænam dicantur publicæ processiones. Secundum, an possint compelli per censu-

ras ecclesiasticas ab ipso Ordinario, ut accedant ad processiones omnes ecclesiastici. Tertium, an debeant vocari, & sit necessaria ipsa vocatio. Quartum, inter mendicantes, qui præcedere debeant.

Ad Primum, ultra dicta in primo §. processiones, quæ sunt in Jubilæis publicis, & plebis, in quibus ipsi Regulares habent Monasteria, declar. sac. Cong. 31. & denique publicæ processiones dicuntur, ubi adest prælatus, Conc. Provin. Neap. cap. 38. de processionib.

Ad Secundum, vide in ver. excommunicatio de causa materiali, §. 4. ver. 2. ubi respondeatur affirmativè.

Ad Tertium, loc. cit. Conc. dicit, quod debent vocari, & hoc rationabiliter; primò, non solùm, ut si ire nollent, non excusat, sed ad hoc, ut sciant horam, qua processio fieri debeat, vel vocari virtualiter, ut quia sciunt diem consuetum, & si non opus est vocati actu semper. Faciunt ea quæ dicemus in 3. p. in ver. Consilium. ubi agemus, an sit necessaria vocatio.

Ad Quartum. Pius V. Bulla sua 69. f. 1026. Fratres ordinis Prædicatorum vult præcedere omnes Mendicantes, &c de ordine præcedendi in processione, vide multa in Boer. tract. de auctor. in ea. par. Fran. num. 86. & infra, vide Abb. in ea. nimis prava. n. 1. de excess. prelat. & hanc Bullam Pii V. Greg. XIII. revocavit in Bulla (de qua inferius) ubi disponit, quod inter Mendicantes præcedant qui sunt in possessione præcedentiae: si vero de possessione non constet, præcedant qui prius monasterium habuerunt in

Aaa

loco



loco præcedentia, Canonici vero Regulares, ut digniores, præcedunt Monachos. *N. v. cap. statuimus, 19. qu. 3. n. 5.* Bulla Pii IV, sub datum Romæ, die 18. Januarii, 1564. & hoc nos solum in processionibus, sed in Generalibus, & Synodalibus seu provincialibus Conciliis, omnibus actibus publicis, & privatis cum his conditionibus, videlicet dimissa superiori veste, pallio, seu cappa, in linea veste, & clericali habitu incedentes, &c. Facit ea quorundam, & ibi gl. in ver. *Prædicatorum, & Geuin. ibi ver. Et nota ex ista glossa, de elect. lib. 6.*

Ad Tertium principale, sc. Conc.
loc.cu.dat remedium Ordinatio com-
ponendi controversias, & tumultus in-
cidentes in dictis processionibus, &
Greg.XIII.Bul.sua 86.f.1323. dat mo-
dum decidendi differentias Confrater-
nitatum de praecedentia, ut illi qui sunt
in quasi possessione praecedant o nni ap-
pellatione renova, & si hoc non potest
probari, illi, qui primò usi sunt saccis, ces-
santibus Reclamationib. Appellationi-
bus, Subterfugiis, & aliis hujusmodi.

Ad Quartum, extra claustra non possunt facere processiones, ea. certum est quidem, de consecr. distinct. 1. Ratio est, quia non habent territorium, & sic vidi practicati in omnibus Civitatibus, immo semel vidi de hoc dubitari, & fuit dictu, quod non possint sine Ordinarii licentia, nisi intra claustra, & ambitum suorum Monasteriorum, juxta ea. sicut antiquitus, 17. qu. 4. facit gloss. in ca. conquerenti, in ver. iurisdictionem, de offi. ord. ubi dicit, per ea. de persona, 2. q. 1. quod Episcopus est Iudex Ordinarius, tam

Monachorum, quām aliorum, & addo
ego ex Abb. ubi sup. num. 4. quod in tan-
tum eximuntur Regulares à jurisdictio-
ne Ordinarii, quatenus eis conceditur in
eorum privilegiis, ca. porrò, de privil. ca.
cūm & plantare, eodem. sed inspicienda
sunt eorum privilegia an habeant con-
cessionem, quod possint facere proces-
sionem extra eorum claustra absque li-
centia Ordinarii, quod non credo eos
habere, cūm passim videatur in proces-
sionibus Rosarii, Conceptionis, & hu-
jusmodi, Neapoli, &c alibi tolum illos fa-
cere eas intra claustra, & ambitum Mo-
nastrorum, prout suprà, vide Conc.
Chalcedon, Can. 4. facit capit. de iis, & ibi
gl. in ver. sui Episcopi, 12. dist. & Rodoan.
tract. de reb. Eccles. non alien. q. 41. nu. 66.
vide glo. in Sum. 10. q. 1. & cap. monaste-
ria, cum similibus, 18. q. 2. D. Ant. 3. p. Sum
tit. 10. c. 5. §. 8. Gabriel. in Clem. Dudum,
de sepul. Host. in Sum. tit. de offi. ord. §. sunt
autem quedam, ubi dicit, subesse Episco-
po omnia Monasteria, & Ecclesiæ, nisi
speciali exceptionis privilegio sint muni-
ta, & Inn. in cap. cum inter, nu. 2. dicit, Li-
tanias esse unum de juribus Episcopali-
bus: si ergo est unum de juribus Episco-
palibus; ergo Regulares sine Episcopi li-
centia non possunt eas processionaleiter
dicere, quia esset usurpare jus illud, facit
quod not. Card. in Clem. 1. nu. 1. & statu
monac. ubi dicit monasteria esse territo-
rium Abbatis, non extra, Caput aq. deci.
225. p. 2. facit quod notat Affl. Et. in qu.
6. numer. 4. pralud. Constit. Regni, quod
valet consequētia, Baro habet territoriū,
ergo habet iurisdictionem. Vide Gem. in
e. 2. vers. quarto Episcopus, de consti. lib. 6.

Ad

Ad quintum, quoad primum, pertinet ad Archidiaconum, ut incedant bini ordinatè, devotè, & honestè, Host. in ca. officium, de offic. Archid. per illum tex. Boet. in tract. de ani. ma. conf. parl. Franc. n. 99. quoad secundum, sac. Cong. declar. 467. in meis, censuit in hæc verba; Ad Episcopum, cum consilio Capituli, pertinet decernere, & dicere, quæ, & quæ dicende, dirigendeque sint processiones.

P R A E D I C A T I O.

S U M M A R I U M.

1. *Ad quem pertineat prædicatio.*
2. *Quis prædicare possit.*
3. *De cuius licentia.*
4. *Ubi debet audiri.*
5. *An peccet mortaliter prædicans in peccato mortali.*
6. *A quibus debet cavere, & quas infractiones debet habere.*
7. *Ad quem spelet munus eligendi prædicatorem, & ei tribuere elemosynam.*
8. *Quando debet prædicari.*
9. *An locorum Ordinarii possint examinare prædicatores.*
10. *An prædicare possit eis qui est sine ordinatione sacra.*

Ad primum, sac. Conc. *eff. 24.c.4.* *A* de resor. dicit esse munus Episcoporum præcipue, ita D. Paul. i. *Timoth.* c. 5. & 2.c.4.

Ad secundum, videatur Castro lib. 3. c. 2. de iusta haret. puni. ubi concludit, quod ex indifferenticentia, quæ datur unicuique concionandi, ortæ sunt multæ hæreles, &c. 3. duo præcipue esse

necessaria prædicatoribus assertit, bonitatem vitæ, & doctrinam, ideo sancte Leo X. in Bullâ sua, quæ est 15. sol. 205. excommunicat ipso facto excommunicatione Papali, & aliis poenit., prædicantes sine licentia suorum superiorum, & Conc. Trid. *eff. 5.c.2. §. si quæ*, p̄cipit, nulli dati licentiam prædicandi, nisi à superioribus fuerint examinati de vita, moribus, & scientia, & approbati, quod considerare possunt locorum Ordinarii, ut aspiciant approbationes prædicatorum an sint recentes, an veteres, veræ, an fictæ.

Ad tertium, sac. Conc. *loc. cit. disponit.* quod si prædicant in Ecclesiis suorum ordinum stante licentia & approbatione suorum superiorum, sufficit se præsentare coram Ordinariis, & ab eis dispositionem petere (& præsentare, intellige personaliter) pet gloss. in *Clement.* *Dudam,* de sepult. in ver. præsentati: si in Ecclesiis, non suorum Ordinum, nō sufficit petere benedictionem, sed debent habere licentiam ab ipso Ordinario, in *eff. verd. 24.cap. 4. de resor.* disponit, quod nullus tam secularis, quam regulatis possit prædicare, nec in Ecclesiis suorum Ordinum contradicente Episcopo: ergo non sufficit petere, sed obtinere licentiam ab ipsis Ordinariis, & si facerent oppositum, possent ab Ordinariis locorum excommunicari, cap. excommunicamus, §. quia verò, gloss. in capit. quod Dei, in ver. privilegium, de statu mon. Symanc. de Cath. iusticie. titul. 49. Penga Com. 40. in capit. 12. 2. part. Direct. Inquisit. Cast. loc. cu. cap. tertio circa finem, potest etiam

Aaa 2 Ordinarii

